

CODEX 116. olim signatus 5/41.

*Foliorum 98, 200 : 130 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. Tituli
rubricati sunt et singula sermonum initia alternativim rubris atque caeruleis
litteris ornata. Codex ab initio et a fine mutilus.*

*Sermones bini ac bini in singulas epistolas et evangelia domini-
carum per totum annum.*

CODEX 117. olim signatus 5/44.

*Foliorum 254 (multis schedulis minoris et minimae formae annumeratis),
196 : 91 mm., exaratus 1203, quod tempus indicant fol. 4'.
versus sequentes:*

Partus virginis sunt anni mille ducenti
Ter denique monas, cum scribitur ista studenti
Vlrichis articulis Aurora, sit apta legenti.

*Initia partium rubris litteris notantur, tituli partim minio sunt tincti. partim
lineis eiusdem coloris subducti, vel etiam superducti. Folia 200. et 201.
chartacea, folia 242. et 243. scripturâ vacant.*

*1º Petrus de Riga. Aurora cum additionibus et correctoriis
Aegidii Parisiensis. Fol. 2—241.*

*Præcedunt fol. 1'. decem versus memoriales libros sacrae scripturae
enumerantes:*

*V. 1. Gen. Ex. Le. Nu. De. Jo. Ju. Ruth. Regni quaterna.
V. 10. Canonicae Jacobi. Pe. Jo. Judas. Apocalypsis.*

*Deinde sequuntur septem versus memoriales dona Spiritus sancti, evan-
gelicas beatitudines et peccata capitalia mira mixtione connectentes:*

*V. 1. A timet, et regnat pauper, perit inde superbus.
V. 7. G sapit, et pacis est filius, hic fuge luxus.*

*Ultimo breve encomium beatae Mariae virginis: Vere in plenitudine
Sanctorum detentio Mariae -- castitas virginum.*

*Fol. 2. Incipit prologus super Auroram veteris et novi testamenti magistri
P. Riga cognomine, a Sancto Spiritu rig. . . (?) Fraternae caritatis
quasi quadam sapit dulcedine . . .*

Commendatio libri. 40 *versus*.

- V. 1. Stringere pauca libet bona carnis huius et ipsum
 V. 40. Est quasi coelesti luce ciboque frui.

Fol. 2'. Epylogus. 22 versus.

- V. 1. Nil homini melius quam si diversa legendo
 V. 22. Incipit hic Rigae bibliotheca Petri.

Propositio more poetarum. 18 *versus*.

- V. 1. Initium mundi quales ab origine prima
 V. 18. His ego munificum venor habere deum.

Invocatio. 22 *versus*.

- V. 1. Da tua facta deus, ut persequar ore fideli
 V. 22. Lector et hoc vigili primitus aure nota.

Fol. 3. Titulus libri totum illum illuminans. 12 versus.

- V. 1. Scire cupis lector, quis codicis istius auctor
 V. 12. Consult in corpus atque revinxit opus.

Praefatio magistri P. Rigae in Auroram. (*rubr.*) Omnis scriptura divinitus inspirata — vel quod invitus debeat sustinere.

Prologus. (*rubr.*) Porro hi obmutescant, qui circa figmenta poetarum — his ita dictis ad sequentia transeamus.

Fol. 4. Alius (rubr.) prologus. Frequens sodalium meorum petitio cum quibus conversando — et veritatis fulgor patenter illuxit.

Fol. 5. Primo facta die duo coelum terra leguntur —

Fol. 153'. Incipit prologus super evangelia.

Post legem veterem respira Petre, resulget . . .

Fol. 224'. Explicit actus apostolorum. Incipit prologus utriusque libri. 22 versus.

- V. 1. Haec de lege nova veteri volumina complens
 V. 22. Nostra rudimenti cura labore tui.

Incipit recapitulatio totius libri. Primum capitulum sine A. *Versus lipogrammati.* (*Fol. 224'—233.*)

Principio rerum post quinque dies homo primus . . .

Fol. 233. Explicant tituli evangeliorum. Incipit Agnus paschalis. (Fol. 233—240.)

Ut legis Aegyptum dominus percussit et eius —
 Sic etiam sese praebeat illa mihi.

Fol. 240. Scire cupis lector quis codicis istius auctor.

Petrus Riga vocor, cui Christus petra rigat cor.
 Explicit bibliotheca sive Aurora.

Penna gradum siste, quoniam liber explicit iste.

Eodem folio. Distinctiones libri annotatae. (rubr.) 40 versus.

V. 1. Clauditur iste liber in quadraginta libellis

V. 40. Inde timoratus et bene cautus eris.

Fol. 240'. eadem manus adiccit quatuor versus Hildeberti ep. de partu virginis:

Sol, nubes et aqua coelestis luminis yrim . . .

(P. L. 171, 1390. IX.) et eiusdem carmen de nativitate Christi:

Nectareum rorem terris instillat olimpus . . .

(P. L. 171, 1382. I.)

Fol. 241'. De libro Apocalypsi 28 versus.

V. 1. Ecclesiae libri sunt tres quos cura Johannis

V. 28. Ponit. bissena quoque nomina scribit in ipsis.

Cod. 329. Chevalier, col. 1833. Fabricius, Bibl. lat. med. 5, 816 et 1, 54. Hist. littér. XVII, 26—35. et 36—69. Leyser. Hist. poetarum med. aev. Halle 1721. Pag. 692 sqq. P. L. 212, 9 sqq.

2º Warnerius Basileensis Synodus. Dialogus (Sophiam inter Tlepsin et Neocosmum) de historiis veteris ac novi testamenti, versibus leoninis conceptus. Fol. 244—254.

Fol. 244. Incipit praefatio in libello, qui dicitur Synodus. (S)ynodos graece, latine dicitur coitus — Neocosmus novus mundus.

Fol. 244'. Warnerii epitaphium. 14 versus.

V. 1. Philosophia gemit, quod ei lex mortis ademit

V. 14. Hoc ignoscat ei gratia magna dei.

Fol. 245. Praefatio libelli. 10 versus.

V. 1. Versibus emensis his auctor Basileensis

V. 10. Sensim primarum seriem coniunge vocarum.

Eodem folio. Incipit liber. So(phiā):

Jam calor aestivus fervente leone nocivus —

Me non invita pausate quiete cupita.

Fol. 254'. Epilogus. 6 versus.

A synodo bellus bene dicitur iste libellus

Propter conventum; patet hoc animis sapientum

Praemia sperentur, vobis et retribuentur

Perceptum nisum, si tenditis ad paradysum,

Vestros conatus pater adiuvet et patre natus

Atque sacrum flamen; dicatur ab omnibus Amen.

Tabb. codd. Vindob. 1147, 5.